

huiusmodi Turchis, qui de cetero capientur, possunt reseruare et retinere illam quantitatem, que maiori parti eorum necessaria uidebitur pro cauando portum fatiando ipsos continue cauare et laborare, cum fuerit opportunum et dando et
10 tenendo ipsos in tali custodia quod non possint auffugere.

Non 7—non sinceri 3—alij de parte.

6

*Απάντησις δοθεῖσα πρὸς τὸν Πάπαν ἐπὶ τοῦ ζητήματος τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. 1357, Ἰουλίου 6.

F^o 7^{to} Millesimo trecentesimo LVII, die VI mensis Julij.

	Ser Raynerius Mauroceno	} Sapientes ordinum
	Ser Johannes Mozenigo	
	Ser Nicolaus Lauredano	
5	Ser Hermolaus Fuscarenio	
	Ser Lucas Justo	

Capta. Quod respondeatur domino pape quod litteras sanctitatis sue nobis missas pro facto unionis tractate fieri contra Turchos, intelleximus ad plenum, et propterea cognoscentes nedum utile set commendabile et fructuosum pro
10 salute christianorum, unionem ipsam fieri, offerimus nos paratos et dabimus ordinem iuxta formam unionis predictae, quod pars galearum ordinata per nos poni, erit in partibus Smirnarum ad terminum statutum, uidelicet ad festum Natiuitatis sancte Marie, de mense Septembris, dummodo per eius sanctitatem detur ordo et ordinetur quod dominus rex Cipri et magister hospitalis debentes in
15 hoc contribuere habeant partem eos tangentem in partibus Smirnarum ad terminum supradictum.

7

*Ἡ Βενετία ἀποστέλλει ἐπιστολὴν πρὸς τὸν βασιλέα τῆς Κύπρου καὶ τὸν μέγαν μάγιστρον τῶν ἱπποτῶν τῆς Ρόδου, διὰ τῆς ὁποίας ἀναγγέλλει εἰς αὐτούς, ὅτι ἐλήφθη ἐπιστολὴ τοῦ Πάπα, ὅστις συνιστᾷ τὴν συμβολὴν τῆς Βενετίας πρὸς σωτηρίαν τῶν Χριστιανῶν, δι' ἀποστολῆς εἰς Σμύρνην κατὰ τὴν ταχθεῖσαν προθεσμίαν τῶν καθορισθέντων κατέργων, συγχρόνως παραγγέλλει εἰς αὐτούς, συμφώνως πρὸς τοὺς ὅρους τῆς Ἑνώσεως, ὅπως καὶ τὰ πλοῖά των εὐρίσκονται ὡσαύτως κατὰ τὴν ταχθεῖσαν προθεσμίαν ἐν Σμύρνη. 1357, Ἰουλίου 6.

F^o 7^{to} Millesimo trecentesimo LVII, die VI mensis Julij.

Capta. Quod scribatur domino regi Cipri et magistro hospitalis qualiter litteras domini Pape recepimus amonentes nos, quod daremus operam pro salute christianorum, quod pars galearum ordinata per nos poni in unione facta contra
5 Turchos esse deberet in partibus Smirnarum ad terminum supradictum et propterea ut adimpleatur quod ordinatum est, denotamus eis quod ordinabimus quod

